

Heinrich Rahn

Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I. U. D. & Profess. P. Ad Exequias, Quas ... Danieli AichHeuser/ von Leonharwitz/ Nomine moestissimorum Parentum ... Dn. Zacharias Pöpler, I. U. C. ex aedibus ... Dn. Nicolai Scharffenbergii, I.U.D. ... parare instituit, Cives omnium ordinum Suos in adem basilicam D. Virginis ad horam in meridie secundam peramanter invitatur : [P.P. XV. Augusti A C. Icxix.]


Rostochii: Kilius, 1638


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn745849326>


Druck Freier  Zugang



Rhane, H.
in
D. Aichheuser
v. Leonharwitz.
Rostock, 1638.







436
RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
HENRICVS RHANE,
J. U. D. & Profefs. P.
AD EXEQUIAS,

Quas
Nobilissimo & Strenno Juveni
DANIELI Mich. Heuser/
von Leonhartwig!

Nomine moestissimorum Pa-
rentum,
Vir Doctissimus
Dn. ZACHARIAS PÖPLER,
J. U. C.
ex ædibus


Magnifici & Consuleissimi Viri
Dn. NICOLAI SCHARFFEN-
BERGII, J. U. D. & Reipubl. hujus Cos.,
gravissimi parare instituit,

*Civès omnium ordinum suos in eadem basilicam D. Virginis ad
horam in meridie secundam peramanter invitas.*

ROSTOCHII,
Literis NICOLAI KILII, Academ. Typograph.

ANNO M DC XXXVIII.

*Schmidt,
1763.*



439



Rgo imminet nobis, Aca-
demia Cives, illatabilis ac fune-
stus ille dies, quem Nobilissimo
Juveni, DANIELI NICH. Heuseri
von Leonhartwitz / per humanita-

tem æquè & fidei professionem
debemus. Invitissimi aliàs ad hoc genus officij,
quod ex non una causa luctuosum est. Amisi-
mus enim ex flore juventutis aliquem facilè prin-
cipem, & quem non fingere primùm, sed alibi pul-
chrè inchoatum, porrò autem ad præclara omnia
ultrò ac sponte enitentem, accipere jam tum Aca-
demia nostra & suo robore confirmare debuit.
Quippe qui generosos parentum animos & gen-
tis nobilitatem vultu statim atq; incessu, minimè
affectato sed naturali decore, ostendens, corporis
quidem amplitudine & bono habitu ætatem si-
mul viresq; approbabat; pietate autem, mode-
stia, comitate morum, ac ceteris ingenij dotibus
apud nos meruerat, ut tibicinem eum ac fulcrum
quoddam familiae suæ, nostræ quoq; almae studio-
rum matri pro ornamento, in patriæ cum primis

Bbb 2 decus

440

decus ac salutem, integrum diu, & bene valentibus etiam superstitem, apprecaremur. Accedit hoc simul, quod, dum singula isthæc damna nobiscum resensemus, augeat commiserationem, nostrâ defunctus juvenis ex eo cumprimis, quod parentes nobilissimos & tantam familiis prosapia uno funere deinceps orbam, paulatimq; interire fecerit. Cum spes in sese hæctenus omnes sustinuerit propagandæ gentis, eademq; secum omnes abstulerit. Tanto majore scilicet parentum ægritudine & luctu, quia ne unicus ille adhuc superare, aut fati invidiam ad breve tempus & per aliquot meliores vitæ annos effugere potuerit. Eâ ætate abreptus, quâ, cum sæpe aliis genitoribus filii noxæ superstites sint, sibi quidem nec recreare inclinatam suorum senectutem, nec asserere nomen aut proferte licuit. Quod si autem naturale cumprimis est, & mortem vindicare per liberos, & sui memoriam quam maximè diuturnam efficere; non potest in hoc luctu calamitas majores fecisse accessiones, quam quod in summæ pietatis maximæq; spei filio, unico præsidio, amissa omnia sunt. Præcipue in tam generosa & antiqua familia. Intelligit quippe in sese nunc deficere ac sepeliri genus suum Magnificus Nobilissimus & Strenuissimus Vir, Dn. STANISLAUS Nischheuser von Leonhartwitz/ hereditarius in Prottsch/Wende/ & Lie

247
& **Helienthal**/ princeps simul ac Præses Amplissimi Senatus Breslaviensis. Quodq; maxime æquum videbatur, & nunc secus fit, efferri se ac componi à filio non posse cum primis dolet. Illamq; durissimam mariti vicem Coniux Nobilissima, matronarum decus ac splendor, **BARBARA Jessinsky von Groß Jessen**/ inter ceteras anxietatis suæ causas habet. Reliqua consanguineorum atq; affinium series & per familias divisum, & singuli integrum sibi eundem luctum acceperunt. Quomodo enim ad eos non perveniat ægritudo, qui jam præsumferant animo lætitiã & in tam florente juvenis ætate considerare se posse existimabant? Neq; autem commitemus, ut in recensendis ejus familiæ gentibus, quæ per nobilissimos parentes in unam coierunt, videamur sectari dumtaxat pompas velle & originum esse nomenclatores. Isto decore si nullum aliud accedat, aut desidentis illud, aut afflictæ prorsus virtutis argumentum est. A quo nemo sanus præconium suum speret. Ipse quoq; nobilissimus **AICHEUSERUS** quondam noster, quam minimũ sanguine ac pro sapia niti; virtute semper, quæ vera nobilitas est, præstare, atq; ad parentis majorumq; suorum exempla, & parere sibi ipse equestrem dignitatem, nisi esset, & acceptam ornare potius ac colere,

Bbb 3

quã

442
quàm jaetare unquam aut efferre cupiebat. Quapropter ad morem ejus, de quo scribendum est, ipsi nos formabimus, neq; splendoris ostendendi sed luctus causa, imò nec quidem majorum prænomena, sed familias allegemus. Nobilissimos Parentes ante paullo diximus. Ab latere paterno Avia genus est ex prosapia der Borgarden von Untorff/à Patre; à Matre, ex prosapia der Botschenen von Untorff: Proavia genus ex prosapia exortum est der Augerminden von der Brück. Avia materna prosapia extitit der Bismannen von Schmoltz; à patre, à matre der von Zenschen; Proavia autem fuit prosapia der Henßten von Hey. Istæ omnes antiquitatis pariter & generis splendore nobilissimæ familiæ, quamprimum editus AICHEUSERUS noster in hanc lucem receptusque in foederis gratiam per Sacramentum regenerationis esset, gratulari parentibus de nova prole & futuro generis assertore; in dies autem singulos majora suscipere vota majoresq; alere pro sese spes ac facere inceperunt. Erat enim excitata, in puero jam tum, nec tristis aut morosa in doles; inprimis ea quæ pudorem cum animi præsentia temperaret, facileq; & sponte duceretur ad virtutes capiendas, in quas naturâ propendebat: Literarum simul & civilitatis omnisq; elegantioris

ris

443
ris vitæ appetens. Adhiberi g. Præceptorum in-
dustria, ingeniiq; non latentis amplius sed quoti-
die exertioris coli inceperunt dotes; quoad ita
placeret filius, ut prohiberi amplius ab Academiis
non posset. Quarum ista ratio est, ut nisi circum-
spectè omnia fiant, morumq; Rectores præficiantur
adolescentiæ, periculum etiam sit quam opti-
mis quibuscunq; ingeniis. Quæ tantæ sibi ac fa-
miliis suis calamitati non forent, nisi aut parsi-
monia parentum aut electio Ephori, præcipua sci-
licet, inconsulta exstitissent. Commendatus igitur
de meliore, quod ajunt, nota, Eximius & Præ-
stantissimus Vir Dn. ZACHARIAS PÖPLER, J. U.
Candidatus, postquam in fidem suam receptum
AICHHEUSENUM primò Regiomontium ad in-
clitam Academiam abduxisset, lætari de adole-
scente & communes jam in isto spes alere cura sua
ac fovere incepit. Felici admodum successu; cum
& afflueret suus ultrò, nec converteretur, nisi
cum optimis. Id quod magnum indolis, pru-
dentiaë quoq; majoris, quam ferebat ætas, ar-
gumentum erat. Tantum igitur per biennium
in literis ceteroque animi cultu profectum isto
locò fuit, ut transire jam ad alias Academias lice-
ret, mandatoq; Parentum nobilissimorum apud
nos quæreretur sedes. Nonus erat Junij dies Anni
supe.

447444
superioris, cum ad portum ex mari appellerent,
signaq; ista circularia penes Solē, minime bono o-
mine, spectarentur. Inde ad Magnificum & Con-
sultissimum Virum Dn. NICOLAUM SCHARF-
FENBERGIUM J. U. D. & Cos. Reipubl. hujus gra-
vissimum ex commendatione Parentis digressi,
benevolentiam hospitis & meruerunt abunde, &
similiter consecuti sunt. Namq; ut est virtus Dn.
ZACHARIÆ PÖPLER, ita penetravit ipse in Cos.
amorem, ut nescias, Patremne magis an Patronum
colat; ita AICHEUSERUM approbavit, ut ei pa-
triam domum & ferme ipsos penates suos apud ex-
teros reddiderit. Consequabatur a. juvenis probi-
tas animiq; verecundia, ceteraq; prorsus egregiæ
dotes, ut certaret cura ac beneficiis hospes; vince-
ret utiq;. Nec minus revinceretur observantia,
Constabat utrinque his prædiis amor. Quem
ut ab integro & incolumi AICHEUSERO nunquam
avertere Cos, poterat, ita illum augebat sollicitu-
do super decumbente. Matura statim, in primis
autem Medicorum, inita consilia accuratissima,
& quicquid humanæ opis fuit, omne adhibitum.
Ipsa ministeria personas non distinguere. Consul,
Consulis uxor, cognati agnatiq; ad manus esse, ce-
teri ex familia & honoratissimi quiq; non facile
discedere. Fidus ille PÖPLERUS affigi prorsus
loco

443
loco nec somnum capere, & in extremum vitæ ha-
litum vigilare. Donec æstus malignitas & quæ
conjuncta erat putredo, morbi genus incitatissi-
mum, vitæ ædem atq; officinā invaderet, diemq;
ultimum quarto decimo Maji, ipsa in meridie se-
cunda, placidissimè interq; preces Ephori, beato
rerū humanarum exitu in CHRISTO afferret; Spes
autem atq; vota Nobilissimorum Parentum &
simul tot familiarū exspectationem rescinderet.
Quanquā, o moestissimi, quid est, quod excidisse
vos è spebus & nimis quā graviter perculosos affli-
ctosq; esse quiritemini? Annon cum gigneret,
Pater, jam tum sciebas moriturum esse? Aut te at-
tonitum reddat, quod insperatus esset de filio nū-
cius? Atqui didiceras, & longa ætate & sapien-
tum monitis, non tantum, mori hominem sed &
totam ejus vitam nihil aliud, quam meditationē
mortis ad & mortem iter esse; imò omnes, eodem
momento quo in lucem edimur, ad mortem de-
clinari. Cur ergo te deficiat, magni animi virum,
ut non eodem pectore, eodem illo vultu atq; ore
sis, quo mortem filij excipiebat Græcus ille, cum
se eidem illi rei suscepisse natum responderet? Tu
vero quanto justius nunc idem feceris, postquam
poenæ est, in terris morari! Usq; adeò nondum po-

Bbb

nic


446
nit miseria temporum, & ex veteribus malis recen-
tia detestamur, quia ex iis & futura & deteriora
omnia metuimus. An quisquam olim, cum Ne-
rones ac Domitiani sævitent, non prius sese in fi-
lios pium credidisset parentem, nisi unguis antea
fodi, crucibus pendere, ignes lambere, bestiis in-
sultari, aut plumbo admovētes cervicem videret,
quibus tamen sua morte licuisset è vita discedere?
Quæ autem nō ita pridem extiterunt tot exulum,
tot miserorum parentum vota, cum ejecti ipsi,
spoliatiq; rebus omnibus, fracti præterea corpo-
ribus ac lacerati, in tenebris, in horrore, in fimo
sæpe ac hara mortem induerent? Istamne in sor-
tem aut cooptare suos, aut, qui evasissent, reposce-
re? At vero quodnam est tormentorum genus,
quod per hanc militiæ dissolutissimam discipli-
nam solers ista crudelitas utrinq; non exerceat? &
quidnam à milite desideratur aut quæritur præ-
ter bene meritorum opes & sanguinem? Ne ho-
stibus unquam majus contigit, quàm nunc in a-
mico solo & confederatis & omnium egenis, &
eo ipso, quia non habeant amplius, inuritur.
Ut nihil de fidei metu ac periculo dicam, quæ
& olim eadem mala pertulit & luculentif-
simas cicatrices multis regionibus impressit;
quodq; Deus Zebaoth atq; Augustissimus Impe-
rator


447
rator prohibeat, nunquam absque sanguine & crudeli-
bus armis perita, nunquam absque hoste fuit.
Quantæ ergò felicitatis est, ista fide, qua propter Chri-
stum meritum te servari cupias ac credas, fortiter ad-
nixum, antè, quam minæ, tormenta, & supplicia admò-
veantur, imò ante quã sollicitatus errore aut per blandi-
tias corruptus animus sit, ex Dei jussu, natura autem
spontè sua desinente, magna cum pietate intraq; con-
solationes amicorum & preces expirare, atq; ita om-
nes miseras brevi quodam placidoq; momento eva-
dere? Qua etiam fiducia existimes Nobilissime Vir, dis-
cessisse filium? Qui tam accuratè obitum suum initio
morbi præscire, de immortalitate animæ ejusq; clarita-
te cum PÖPLERO suo, ipsa emortuali die conferre,
astantemq; lecto Servatorem JESUM CHRISTUM
tanquam reidentem sibi appellare, sæpe etiam digito
conspicuum facturum demonstrare, continentibus au-
tem carminibus ac hymnis meditari cœlestem lætitiã,
& veluti jam præcipere, & eo ipso desinere. Noli ergo
Matri permittere, ut annos, ut ætatem, ut brevia quera-
tur. Ita enim mundana omnia sunt, & bene commu-
tavit horam, qui æternitatem lucratus est. Si qui ta-
men dies, ex hoc ævo etiam desiderèntur, occupavit e-
quidem vester unicus nómine suo ac notitia quamplu-
rimos; postquam & cum Clarissimis convixit & per eos
oblivionem metuere non potest. Vita enim & mori-
bus ab laudatissimo quoq; probatus, qui nunc juvenes
sunt, ab iisdem commemorabitur & viris olim & seni-
bus futuris. Semper AICHEUSERI memoria pro ex-
emplo inter nostræ Academiæ studiosos erit. Ita enim
& nostro tempore vivunt quamplurimi, qui acerba
immaturaque funera olim extiterunt. Neque desine-
mus


448


mus nos quidem alumni haestenus nostri memoriam ad
 posteros commendare. Cui hodie simul quoddam
 monumentum pro diuturnitatis custode affixum est.
 Vos, Academiae Cives, quia ultrò & absque meo jussu
 amore sc. & benevolentia erga tam clarum Civem, ho-
 die conventuros ad exequias seriemque prodeuntium
 stipaturos ad aliorum funere vos mihi polliceor, facite,
 quaeso, ut qui Studiosi & nostra estis juvenus, ne nimis
 diu & post terga nostra cunctantes, sed interpro ordi-
 ne profequi vos advertamus; Ita vos bene valere ac
 vivere cupiat quod precor. P.P. XV. Au-
 gusti A. C. 1692 xxiix.











rator prohibeat, nunquam absque
bus armis petita, nunquam
Quantæ ergo felicitatis est, ista
stum meritum te servari cupias
nixum, antè, quam minæ, tormer
veantur, imò ante quã sollicitatu
ditias corruptus animus sit, ex D
spontè sua desinente, magna cu
solationes amicorum & preces
mne s miserias brevi quodam pla
dere? Qua etiam fiducia existime
cessisse filium? Qui tam accurate
morbi præscire, de immortalitat
te cum PÖPLERO suo, ipsa ei
astantemq; lecto Servatorem
tanquam renidentem sibi appel
conspicuum facturus demonstr
tem carminibus ac hymnis medi
& veluti jam præcipere, & eo ip
Matri permittere, ut annos, ut æ
tur. Ita enim mundana omnia
ravit horam, qui æternitatem lu
men dies, ex hoc ævo etiam desi
quidem vester unicus nomine su
rimos; postquam & eum Clarissim
oblivionem metuere non potest
bus ab laudatissimo quoq; prob
funt, ab iisdem commemorabitur
bus futuris. Semper AUCHENSIS
emplo inter nostræ Academiæ st
& nostro tempore vivunt quam
immaturaque funera olim exite

487
& crudeli
hoste fuit.
opter Chri
fortiter ad
licia admo
per blan
ura autem
atq; con
atq; ita o
mento eva
ne Vir, dis
ium initio
sq; clarita
e conferre,
CHRISTUM
iam digito
nibus au
n lætitiã,
Noli ergo
via quera
ne commu
Si qui ta
cupavit e
quamplu
& per eos
m & mori
ne juvenes
im & seni
ria pro ex
Ita enim
ui acerba
que desine
mus

